



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

2. Quæ res retrahi possunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

nior etiam ad creditum retrahere ea tamen conditione, ut intra dictos novem dies solutionis fideiussorem praeter arbitrio iudicis sufficientem.

In leg. 11. eiusdem tit. & lib. quae est 73. Tauri, si proximior consanguineus intra illos novem dies noluerit, vel non poterit retrahere, poterit remotior usque ad quartum gradum intra eisdem novem dies.

In leg. 13. eiusdem tit. & 74. Tauri, si consanguineus propinquus simul cum domino directo, vel superficiario, seu patrem in re habente ad retrahendum concurrerit, iis omnibus consanguineus propinquus cedere debet.

4 Quoad retractum vero societatis, & communitatis statuitur leg. 14. tit. 12. lib. 5. compilat. regia, quae est lex 75. Tauri, servandas esse easdem conditiones quae retractu consanguinitatis praescriptae sunt: habet autem locum hic retractus in re communi vendita, tamen si indivisa, potest enim quilibet locus suam partem extraneo vendere, habet tamen alter focus ius eam retrahendi: Vt dicitur leg. 5. tit. 11. part. 5.

5 Tandem est alius retractus in bonum publicum inductus, conceditur namque omnibus civitatibus, villis, & populis huius regni; ut possint frumentum, hordeum, thypam, avenam ab alio conducta retrahere usque ad dimidiam partem pretio restituto iuxta valorem conductionis, Sicuti vbi dicitur leg. 2. tit. 11. lib. 5. nova compilat. Terminus autem in quem hic retractus perficiendus est non designatur. Deinde in leg. antecedenti 20. omnibus obligatis Reipublicae ad vendendam pisces conceditur ut à quolibet emptor intra duos dies possint soluto pretio & expensis retrahere.

6 Agendum in primis est de retractu sanguinis ut potè praecipuo. Deinde de retractu societatis. Tandem de retractu populi, seu boni communis, examinandumque est quae res retrahi possint, quibus concedatur retractus, qui sicut in retractu praesentis, quo in contractu habeat locum retractus, quae conditiones in retrahendo servandae sint, quibusque obligationibus retrahens stringatur.

§. II.

Quae res retrahi possint.

- 1 Retractus sanguinis locum tantum habet in rebus immobilibus successione hereditaria acquisitis.
- 2 Mobilia pretiosa retractui non subijciuntur.
- 3 Emphyteutica retractui subiecta est.
- 4 Census venditio non est retractui subiecta.
- 5 Neque item pensio in sua possessione constituta.
- 6 Neque item venditio commoditatum quas habet feudatarius.
- 7 Neque venditio usufructus, habitations in re mobili ad perpetuum.
- 8 Ex eo quod consanguineus retrahat fundum à proprietario venditum usufructuario non retrahit usufructum.
- 9 Hereditari venditio retractui subijciuntur.
- 10 Expenduntur conditiones, quas res ut retrahenda habere debet.
- 11 Si intra tempus à lege praescriptum non vitium consanguineus beneficio retractus, & res redeat ad alienantem liberè alienare potest, & cessat retractus.
- 12 Excipit nisi recuperata fuerit ex pacto de retrovendendo apposto.
- 13 Aliqui excipiunt nisi sanguineo remotiori vendatur. Sed non admittitur.
- 14 Ex eo quod res ad plures manus deveniat non cessat retractus.

CERTUM est retractum iure nostro regio solum comparatione immobilium successione hereditaria acquisitionum locum habere. Nam dicta lex 7. tit. 11. lib. 5. nova collect. inquit. Todo ombre que heredad de patrimonio abolengo quisiera vender. Nominè autem hereditatis fundus, domus, praedium, villa, possessio, & similia intelliguntur. Vt colligitur ex leg. 1. 2. 3. 10. tit. 30. par. 3. & notant in praesenti Matien. gloss. 1. num. 1. Azucedo, num. 7. & colligitur ex ratione ob quam retractus conceditur, quae est maiorum memoriae conservatio, & affectio. Mobilia namque vpotè facillè peritura apta non sunt memoriae maiorum conservandae, eorumque affectionis retinendae. Deinde nomine de patrimonio, o abolengo denotat hereditatem à maioribus titulo successione provenire debere. Quod apertius colligitur ex leg. regia 8. dicto tit. 1. lib. 5. in fine. ibi auinda y heredada, & ex leg. 15. eiusdem tit. & lib. ibi no las antendo heredado los vendedores de su linaxni de sus parientes &c. Non tamen est necessarium quod simul fuerit patris, & avi, seu satis est quod fuerit vel patris vel avi, modo sic habita per successorem. Vt apertè demonstrat lex 5. tit. 11. lib. 5. ibi Todo home que heredad de patrimonio o abolengo quisiera vender. Nam illa verba disunctiva

sunt, praestantque hunc sensum, ut venditor rem habuerit à patre vel ab avo. Quod verò illam titulo successione habere debeat indicat verbum patrimonio, o abolengo, quod frequentius rem habitam ex successione demonstrat. Vt plerumque probat Matien. dicta leg. 7. gloss. 1. numero 50. & manifestè probat lex 15. eiusdem tit. & lib. ibi Mandamos que no se puedan poner, ni seguir tales pleitos; ni agitar dependir ni sacar tanto por tanto los bienes que asy fueren vendidos, salvo quando los tales bienes fueren vendidos por personas que los hubieren heredado de su abuelo o de su patrimonio, y los vendades en los que asy los hubies en heredado.

Verum ut praedictae duae conditiones apertius innotescant aliquot quaestiones examinandae sunt. Et circa primam conditionem rei retrahendae quae immobilis esse debet.

Primo se offert, an mobilia pretiosa, ut sunt arma, gemmae lapideae pretiosae, aliaque similia retractui subijciuntur? Ratio dubitandi sumitur: nam haec mobilia pretiosa comprehenduntur per immobilibus alienari prohibita. Et in praesenti est specialis ratio, cum affectio his mobilibus aequè ac immobilibus adheret, maioremque memoriae eorum retentione conservatur. Vt plerumque probat Tiraquel. in praesent. retract. num. 33. 39. 49. & 50. Sed verius est hoc retractum concedens odiosa sit, ut in principio dixi, solaque mobilia expresserit, non est cur ad mobilia quantumvis pretiosa disputacionem extendamus. Praeterquam quod in illis memoria, & affectio maiorum non aequè firmatae ac in immobilibus conservatur, cum mobilia facillè pereant facillèque à nostra potestate auferantur. Atque ita tenet alios referens Matien. leg. 7. tit. 11. gloss. 1. num. 43. & 9. & Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 7. num. 101.

Secundò de re emphyteutica vendita est aliqui dubitauerint, an retractui subijciatur, eo quod non videatur sub appellatione bonorum maxime hereditatis contineri: at tamen receptissima sententia est retractui subiectam esse. Sicut tradit Greg. Lopez, leg. 5. gloss. 2. tit. 5. par. 6. Matien. plures referens leg. 7. tit. 11. lib. 5. gloss. 1. num. 8. & eisdem Azucedo, & conuincitur manifestè ex leg. 74. Tauri quae est lex 13. tit. 11. lib. 5. nova compilat. vbi vendito villi dominio quod pars rei est consanguineus admittitur ad retractum, licet ei praefatur dominus directus. Neque verum est feudalia sub nomine bonorum non contineri, tamen quoad aliquos civiles effectus continentur, ut plerumque exornat Matien. supra, & in stylo cancellaria tit. 3. cap. 1. §. 26. gloss. 1. num. 88. Et dem à fortiori est, si dominus directus dominium rei emphyteuticae, pensionemque & censum in ea constitutum vendidisset, quia dominium hoc à rectum nobilitate est villi, ut constat ex leg. 2. vbi Salicet, & lafonnotat, aduertunt. Cod. de iure emphyteuta. & cap. parisi de locato, & tradunt Ioann. Lupus leg. 70. Tauri num. 22. in fine. Didac. Castillo leg. 74. Tauri in gloss. magna verbo en ella. Matien. d. gloss. 1. n. 9. Azucedo. dicta leg. 7. n. 10.

Tercio dubitabis de venditione census ab hereditate parentis habitae, maxime si super re immobili fuerit constitutus, quia hic census inter mobilia computatur, ex Clementi. et in de paradiiso §. cumque annui redditus de verbis significatis, & plerumque exornat Covarruv. 3. var. c. 7. n. 2. vbi seculum, & Pelaez de maiorat. 1. p. q. 40. numero 6. ob quam rationem subiecta hanc census venditionem retractui sanguinis docuit Ioann. Faber §. vlt. prop. finem, in tit. de duobus res. Mathus de afflictis, tract. prononios in princ. leg. num. 7. volum. 5. tract. de usufruct. dot. fol. 51. 6. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 6. num. 3. affirmat de hac re esse consuetudinem expressam Nuenientium, & in annuis redditibus perpetuis id docent Zúñiga, leg. 7. Tauri quest. 25. Pelaez de maiorat. 1. part. quest. 40. n. 12. quamuis id negent in censibus redimibilibus.

Ceterum spectato iure nostro regio verior & communior sententia est negans horum censuum venditionem retractui posse. Nam esto hi census cum fundo innituntur, & in perpetuum sint constituti inter mobilia computentur id solum est reductivè, & impropiè, propriè autem quamdam speciem mediam inter mobilia, & mobilia constitutum, ut potè quae neque tangi, neque circumferri loco possunt: constitunt enim in actione, & iure exigendi annuum pensionem: vbi notè probat Abbas cap. nulli numero 10. de rebus Ecclesiae non alienand. Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 6. num. 3. Pelaez de maiorat. 1. part. quest. 40. num. 13. iura autem & actiones nec mobilia, neque mobilia propriè dici possunt. Vt latè Pinel. in Rub. Cod. de bona mater. 1. part. num. 24. At lex indicens retractum odiosa est, ergo non debet extendi ad annuos redditus, qui reductivè tantum mobilia censentur. Sicuti bene resoluit Palacios Rubios, 1. 70. Tauri n. 27. & 30. Castillo leg. 74. Tauri in gloss. magna vbi seculum. Matien. 1. 7. gloss. 1. n. 2. & 27. tit. 11. lib. 5. nova collect. Azucedo ibi n. 12. Gutierrez. 2. praedict. n. 1. 6.

Ex eadem ratione dicendum est retrahi non posse venditionem qua ob pretium acceptum constituitur in tua possessione.

